



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XV. Papst Innozenz IV. gestattet allen Capiteln und Klöstern die freie Wahl
ihres Abtes oder Propstes, am 23. Mai 1252.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XV. Pappst Innocenz IV. gestattet allen Capiteln und Klöstern die freie Wahl ihres Abtes oder Propstes, am 23. Mai 1252.

Innocentius Episcopus etc. Venerabilibus fratribus uniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prioribus, dilectis filiis Abbatibus et aliis Prelatis, nec non Capitulis, Conuentibus, Collegiis ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. Et qualitas temporis quod diebus illis potissimum fuit ob eorum malitiam modis variis redimendum et nonnullorum instantia importuna extorsit, quod de Archiepiscopatibus vel Episcopatibus seu Abbatiis et Prioribus mandauimus per nostras literas in diuersis partibus prouideri. Sed sanius reputantes prouideri ecclesiis, presertim cum de earum regimine agitur, quam personis prouidendi et ordinandi canonice de premisis, omnibus liberam illis ad quos predictorum electio ordinatio seu collatio siue prouisio pertinet, concedimus auctoritate presentium potestatem, Non obstantibus quibuslibet literis generalibus vel specialibus sub quacunque forma verborum super quorumcunque promotionibus vel prouisionibus impetratis a sede apostolica vel etiam legatis ipsius aut etiam impetrandis seu reseruacionibus vel prohibitionibus aut nominationibus earundem auctoritate, literarum factis vel faciendis aut processibus per eas habitis vel habendis in posterum, que omnia volumus omnino viribus carere. Nos enim quicquid contra huiusmodi nostre concessionis tenorem et libertatem juris seu potestatis vestre in hac parte a quoquam huiusmodi occasione literarum factum est vel fuerit aut presumptum, declarauimus irritum et inane, interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, si que litterarum ipsarum preterito late sunt hactenus, relaxantes, et quas deinceps promulgari contingerit censentes penitus nullas esse. Inhibitionibus per nos et legatos nostros super non eligendis prelatibus in ecclesiis ciuitatum et Dyocesis ecclesie Romane rebellium cum eas vacare contingeret generaliter factis nichilominus in suo robore duraturis. Datum Perusii, X. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno nono.

Nos H. prepositus, W. decanus totumque maioris ecclesie in Halberstad capitulum huiusmodi pagine continentiam bulla diui Pape roboratam recognoscimus nos habere et hoc per appensionem sigilli nostri protestamur.

Gerrens Dipl. I, S. 431—433.

XVI. Heinrich und Otto, Grafen von Lühow, verkaufen dem Kloster Diesdorf sieben Hufen in Hennige, am 19. November 1265.

Henricus et Otto, Dei gracia Comites in Luchowe. Omnibus presens scriptum inspecturis. Cum tempore labente labantur omnia, nec recursum habere valeant elapsa, Gestis hominum facilius evanescent a memoria, si non fuerint scriptis auctenticis consignata. Noverint igitur Christi fideles uniuersi tam presentis temporis quam futuri, quod Nos Ecclesie in Distorp vendidimus pro septuaginta Marcis argenti septem Manfos in Villa Hennigge, quos eiusdem Ecclesie